R 6. Aug. 42. Die ☉ 27. Julii. 1642. ~~215~~

S. P. viri Nobiles. 96 207

Audio vento secundo ad Batavicas hasce oras appulisse magnum aliquem Magni Regis poloniæ Medicum, Dominum Andream Cnöffelium Baudissinio-Lausatum. De grato et felici adventu gratór et ipsi, et mihi, et ægris, tanti, et extraordinarij Æsculapij ope et consilio egentibus. Felix fuit, ut fertur, in ipso ætatis praxeosq tirocinio et primordio: et, ut audio, fama ejus per Borussiam, poloniam, Sclavoniam, Italiam, Germaniam, et totum hoc Belgium, percrebuit. Et quoad raros et magnos ipsius ausus, prout ubiq omnium medentum conditio est, iuxta illud vulgatum: Laudatur ab his; culpatur ab illis, et hîc, et istîc, et illîc. Nil ego fidei tribuo per vulgus sparsis rumoribus: malos rejiciens: Bonos sperans veros, donec dies det, et edoceat contrarium. si talis et tantus tanti Regis Archiater, communicato consilio, uti non dubito, ægris hactenus curæ et fidei meæ commissis, imprimus autem pro magno nostro principe Auraico, salutare aliquod remedium conferre velit et possit, et me, et omnes bonos, et præcipuè principem, æternum sibi obligabit. Et si magnum et novum aliquod venditat inventum, priscæ ætati et nobis hactenus incognitum, ego senex à iuniore lubens discam, etiam illud, quod fortè ante 45. annos oblitus sum, modo inaudita eius media et diæta sine præiudicio vergant in salutem et incolumitatem magni et optimi nostri principis, quem Deus ter optimus ter maximus in Nes=

Syl. u.s.s. No 193.

Hagam, vel quocunque libeat, hinc transferre.
Secundo flumine per allicientem iter suscipimus
Sed ab undis abhorrens, rheda vehi maluit.
Sic sumus in procinctu hoc ipso momento, quo
vestra mihi redduntur literæ. Vale vir No-
bilissime et fave

Servo vestro
Christiano Rumpfio

Rhenæ. die ♃. 21. Julii
1644.

Syl. u.s.s. No 193.

Hagæ. 25. July die ☽.
1644.

Christiano Rumpfio

Syl. u.s.s. No 193.

toreos in annos servet. Amen. signatum Hagæ Comitis Hollandiæ, die 6ti 27 Julij Anno 1642.

Nobilitati et amplitudini vestræ addictissimus
Christian Rumpf. mp

P.S. Viri Nobiles: Addo et indigito paucula hæc ex officio et conscientia. Etiam non monitus uterque vestrum, pro fido et iurato in principem affectu, hoc aget, in tanto subiecto ut nil fiat præcipitanter, et in tot et tam diversis et intricatis malis, ne quid damni patiatur respublica, et ne uno, solo, peregrino, ignoto innixa fulcro, spretis reliquis, tota corporis æconomia, omissive ne negligatur, et opinione citius, quod absit, corruat. Uti in bello, ita et in morbo, non licet bis peccare. sine veneno, omissive periere plurimi. Ad lethiferos tum omissionis, tum commissionis, errores vitandos, et ne quid, vel ex ignorantia, vel nequam ex dolo, fiat, vel non fiat, plus prævident oculi quam oculus. Et firmius et melius fidit, qui pluribus fidit, et circumspecte admittendus, et caute audiendus, qui omnia audet. valete, viri nobiles, plaudite, et salvete, ab eo, qui fide implicita omnia credenda credit, et cum prisca Græcia dicit, γηράσκω διδασκόμενος. signatum Anno, Die, loco, ut in literis.
Christian Rumpf. mp

© British Library
Add MS 22953, f. 207-208
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3080

Amen. signatum Haga Comitis Hol-
Julij. Anno 1642.

...bilitati et amplitudini vestræ addictissimus.

Christian Rumpf. mp

...do et indigito paucula hæc ex officio et con-sc...
...monitas utrique vestrum, pro fido et iurato; ...
...a, hoc aget, in tanto subiecto ut nil fiat pecc...
...n tot et tam diversis et intricatis malis, ne quid
...respublica, et uno, solo, peregrino, ignoto innixa
...reliquis, tota corporis œconomia, omissive ne
...opinione citius, quod absit, corruat. Ultim bello
...non licet bis peccare. sine veneno, omissive
... Ad lethiferos tam omissionis, tum commissi...
...andos. et ne quid, vel ex ignorantia, vel negli...
...vel non fiat, plus prævident oculi quam ocu...
...is et melius fidit, qui pluribus fidit, et cir...
...mittendus, et caute audiendus, qui omnia audeo...
...biles, plaudite, et salvete, ab eo, qui fide
...a credenda credit, et cum prisca Græcia
...didaskalos. signatum Anno, Die, loco, ut in literis.

Christian Rumpf. mp

Hagam, vel quocunque libeat, hinc transferre.
Secundo flumine per Albicutem iter suscepimus
sed ab undis abhorrens, rheda vehi maluit.
Sic sumus in procinctu hoc ipso momento, quo
vestræ mihi redduntur literæ. Vale Vir No-
bilissime et fave

Servo vestro

Christiano Rumpfio

Ruræ die 4. [illegible] Julij
1644.

Syl. MSS. No 193.

Hagæ 15. July die D.
1644.

Christiano Rumpfio

Syl. MSS. No 193.

© British Library
Add MS 22953, f. 207-208
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3080

Ad Nobiliſsimos et Amplissimos viros
Dn. Junium et Dn. de Sulikum, Equi-
tes, et Illuſtriſsimi principis Auraici
conſiliarios et ſecretarios, patronos
et fautores suos.

© British Library
Add MS 22953, f. 207-208
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3080